



## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

Jncipit liber octauus a kalen. septembris vsq[ue] ad kalendas octobris. De  
s[an]cto iosue p[ro]pheta [et] duce. Cap[itulum]. i.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

**Incipit prologus libri octauī.**



**Et auis liber presentis**

caralogi continet gesta ⁊ passiones illorū  
sanctorū quorū festiuitates occurrunt in  
fra tempus quo representat ecclesia pro  
pagationem filiorū qui fuerunt ipsius ec  
clesie conseruatores: quales fuerunt san  
cti confessores. Hoc autem tempus est a  
kalen. septēbris vsq; ad kalen. octobris.  
Et hoc sub figura sanctorū Job ⁊ Tobie:

Esdre: Iudith: ⁊ Iheser: quorū tunc gesta recolūtur: confessorū  
patientia ⁊ sanctitate denotantia: qui in tribulatione positi: mun  
dum carnē ⁊ diaboliū triūpharunt. Ad ipsius igitur tēporis festa  
pertractāda transeundū est. Et notandū q; q; oēs iudices israel:  
qui fuerunt post moysē ante reges generaliter in caralogo san  
ctorū veteris testamenti in diuina scriptura cōnumerātur: ⁊ duo  
rum ex ipsis solūmodo: videlicet iosue filij nun et gedeonis: fes  
tum in kalen. septēbris recolūtur: quo videlicet die ipsi ambo di  
uersis temporibus quiesuerunt: vt hieronymus scribit: reliquorū  
autem predictorū sanctorū dies dormitionis necubi reperūtur:  
idcirco gratia duorū predictorū gesta etiam reliquorū iudicum qui  
omnes sancti fuerunt in kalen. septēbris conscribere voluit: vt ge  
sta eorū: quorū dies incertus habetur: hystorijis consociorū: quorū  
dies hic agitur: merito copulentur. Acta etiam quorundā aliorū  
eisdē iudicibus contemporaneorū: quorū similiter festiuitates cer  
tos dies non habent: vt raab: caleph: ⁊ ruth: prefatis iudicum  
hystorijis inferendo.

**Incipit liber octauus a kalen. septem  
bris vsq; ad kalendas octobris.**

**De lectō iosue ppheta ⁊ duce. Cap. i.**



**Iosue propbeta et**

dux populi israel filius nun a  
llo noie dicitur iesus filius na  
ue de tribu effraim moysi pro  
phete: ⁊ duci eiusdē populi in  
ducatu successit: de quo dicitur  
infra in eius festo pridie noī.

septēbris. Hic moysē defuncto cum populus  
esset vltra iordanē contra hierico: loquente sibi  
domino mandauit populo vt prepararent se ad





verūq; ponens dimidiā tribum manasse. His tribus tantū commisit terrā alijs in castra manentibus: tum quia bellicose erant: tum quia digniores. Sciebat enim iude regnum esse promissum: et manasse et effraim benedixisse iacob pro beneficio ioseph patris eorum. Dedit autē effraim extra sortem agrum sicheim: quem dederat iacob singulariter ioseph filio suo: et sepe iussit in eo ossa ioseph: que attulerat de egypto. Ipse enim ioseph effraeus erat. Dedit etiam caleph filio iephone hebron in possessionem: et quocūq; terra a pzelis. ¶ Iterum autem conuocauit ioseph populum in silo: et assumpsit de singulis tribubus tres viros ad cōsiderandum terram: vt eam sorte diuideret: deditq; eis singulis decem viros merendi iocibus: mandans ne sūm quātitatē terram merirentur: sed sūm estimationem felicitis terre. Qui circueuntes terram et mensurantes septimo mense reuersi sunt ad eum in silo. Proieceruntq; sortibus. Prima fors iude egressa est. Secunda symeonis. Tertia bentamin: que fors angustissima fuit propter terre fertilitatem. Quarta effraim. Quinta mediē tribui manasse. Sexta isachar. Septima zabulon. Octava aser. Nona neptalim. Ultima dan. Ruben autem et gad et dimidiā alia tribus manasse viuente moysi in forte habuerant terram galaad trans iordanem. Sed et leuitis separauit quadraginta octo ciuitates ad inhabitandū. Filij autē ruben et gad et dimidiā tribus manasse transeūtes et iordanem in locū sortis hereditatis sue: edificauerunt intra iordanem ad tumulos altare nitre magnitudinis: quod ioseph et alij qui citra iordanē erant audierunt: voluerūt eos disperdere: et insurgere contra eos: putantes qd altare erexissent: vt sup eo victimas immolarēt: quod non licebat nisi super altare tabernaculi. Sed per nūcios suos eis demissos inuenerūt: qd altare fecissent: non in sacrificiū: sed in testimoniū: ne videret alter populus: eo qd trās iordanē esset ex loco diuisus. Et sic inuenientes eos rectam habere intentionē ad dñm: retenti sunt et laudauerunt eos. ¶ Cū autē ioseph vna cū populo iterū in silo cōgregato cū domino fedus inijisset: omniaq; recte disposita: cum esset annoz. et. in pace rediit. Nā annoz. xliij. accessit ad moysen: et quadraginta annis eidem in deserto seruiuit: et sic per ānos viginti sex populū rexit: qui et in domino obdormiuit kalen. septembri: et sepultus est in tamathara: que sita est in monte effraim. Hic enim vti vult sanctissimus Ecclesiasticus. xvi. cap. et. ij. Nachab. ij. cap. inter veteris testamenti sanctos speciali laude p̄dicatur: et in alijs plurib; diuine scripture locis commendatur. Hec de libro ioseph: et ex chronici ioseph et hieronymi: et petri comestoris: atq; gualtini.

De sancto Caleph.

Cap. ij.



**C**aleph fi

li' iephone de tribu iuda vir sc̄tus: q̄ eccle siastici. xvi. c.

et. ij. Nachabeo. ij. inter sanctos p̄sci tēporis cōnumeratur. Hic fuit vn' ex. xij. exploratorib;: quos moyses de deserto p̄aram misit ad explorandum terrā p̄missionis. Qui vna cum ioseph filio nūn de tribu effraim populū rediens conuocauit: vt ad terrā ipsam pergerēt obtinēdā. Laceris pauore formidantibus: et filios israel deterrētibus. Et murmurāre omni populo: iussit dñs: vt nemo illorū qui ex egypto egressi fuerāt a viginti annis supra ad terrā ipsam introirēt: p̄ter duos p̄nominatos viros caleph vic' et ioseph. Qd et ita p̄igit p̄plo i deserto. xl. annis morā trahēte: donec ois natio illa mortua eēt. Propter hoc meritū caleph nō solū meruit reseruari: vt ad terrā intraret p̄missam: sed in hebron possessionē spectalē obtinuit: in quam ascendēs tres filios enoch percussit. Et ciuitatē dabit que prius vocabat cariatb sepher. i. ciuitas litterarū obsedit. Quam cū inuenisset munitā: p̄misit vt qui prius eā caperet: daret ei fillam suā in vxorē. Et accepit eam orboniel filius cenies fratris caleph minor: qui et post ioseph p̄mus iudex fuit in israel. Cui caleph nam aran in cōiugē dedit: et vrbē in possessionē cū agris irriguis ab vtraq; parte. Et post multos annos caleph in senectute bona quiescit: et sepultus est in hebron. Hec vnde supra.

De sancta Raab meretrice. Cap. iij.



**R**aab meretricis cui

sanctitas iacobi epla sc̄do. ca: et ad hebre. xi. cōmemoratur i numero sanctarū mulierū veteris testamenti ex ipso euangelio Matt. p̄mo cap. cōnumerat.

Ad huius domū declinauerunt vespere duo exploratores quos ioseph misit ad cōsiderandum ciuitatē hierico: vt supra dictum est in gestis ioseph. Hec erat meretricis: ad quā cōfidenter quasi ad miscendū secū exploratores ingredi poruerūt: domusq; eius iūcta erat muro et porte ciuitatis. Cum autē rex hierico de missis exploratoribus audisset: et qd ingressi essent domū raab comperisset: misit ad eā vt eos educeret. Que abscondit eos in stipula lini quā siccabat supra murū mentēs eos egressos dū clauderet porta. Dixitq; nūcijs vt eos p̄ vā iordanis persequerent. Tūc ascendēs ad exploratores: narrauit qd dixerat nūcijs regis petens ab eis: vt quā deus traderet eis hierico captēdam conseruarent eā. Qd exploratores mulieri p̄miserunt cū

Et ij